monachis ſic mandauit Nobili or
ta ex genere margarita ī ſeculo di/
cta fui q̄ vt pelagꝰ tentationū trāſ
irem. pelagius mihi nomē impoſui
Vir ſum nō ꝑ deceptione mentita
qđ factis oſtendi. De crimine virtu
tē obtinui. penitentiā innocens egi
Jam queſo vt quā viri feminā naſ
cierūt ſancte ſorores ſepeliāt Et ſit
expiatio iuuētutis oſtenſio morien
tis vt femine virginē recognoſcant
quā calūniatores adulteꝝ iudica/
bāt His auditis monachis et mo
nialibꝰ ad ſpeluncā currentibꝰ pela
gius a feminis femina et virgo in/
tacta ꝯgnoſcitꝰ et cūctis penitētiaꝫ
agentibꝰ in monaſterio virginum
honorifice ſepelitur.

De ſancta Tayſi

Tayſis meretrix ſicut in vi/
taſ patrum legitur tāte pul
critudis extitit vt multi ꝓ/
pter eā venditis ſubſtācijs ſuis ad
vltimā paupertatem deuenirēt Sed
et amatores ſui pre zelo litibꝰ inter
ſe ꝯſertis frequenter puelle limina
ſanguine iuuenū replebāt. Qđ au/
diens abbas paſuntiꝰ ſumpto ha/
bitu ſeculari et vno ſolido ꝓfectus
eſt ad eā in quandā ciuitatē egipti
Dedit qꝫ ei ſolidū quaſi ꝑ merce/
de peccandi. Jlla accepto ꝑcio ait
illi Jngrediamur ſimul in cameraꝫ
Cū qꝫ eſſet ingreſſus et lectuꝫ veſti
bus precioſis ſtratū aſcendere inui
taretꝰ. dicit ad illam Si eſt interius
cubile in ipm̄ eamus Jlla aūt dixit
Eſt qđdam cubiculū vbi nullus in
greditꝰ Si vero deū times nō eſt lo
cus qui ei abſcondatꝰ Qđ ſenex au
diens dixit ei Et ſcis eſſe deū? Cuꝫ
qꝫ illa reſpondiſſet ſe ſcire deū et re
gnū futuri ſeculi necnō et tormēta
peccatorum Dixit ei Si ergo noſti
cur tantas animas ꝑdidiſti? Et nō
ſolū ꝓ tua ſed pro illoꝝ redditura
rōneꝫ dānaberis Jlla vero hec au
diens ꝓuoluta ad pedes paſuncij
cū lacrimis exorabat dicens Scio
eſſe penitentiā pater. et confido re/
miſſionem te orante ſortiri Tm̄ pe
to tribꝰ horis inducias et poſt hec
quo iuſſeris ibo ⁊ quecūqꝫ precepe
ris faciam Cūqꝫ locū illi abbas cō
ſtituiſſet vbi venire deberet illa ac/
ceptis omnibus quecūqꝫ ex pecca/
to lucrata fuerat. platiſqꝫ in mediā
ciuitatē populo expectāte igne cō/
buſſit clamans Venite omnes qui
peccaſtis mecū et videte qūo ea q̄
mihi contuliſtis exuram Erat autē
preciū auri libraꝝ .400. Que cum
omnia incendiſſet ad locū quē ab/
bas ei conſtituerat pergit. Quam
ille reperto virginum monaſterio
in cellulam recludens oſtium celle
plumbo ſignauit. et paruum reliqt
foramen ꝑ quod ei victus modicꝰ
inferretꝰ Juſſitqꝫ ei omnibꝰ diebus
parū panis et paululū aque a cete
ris miniſtrari Cū aūt ſenex diſcede
ret. ad eū ait tayſis Quo pater iu/
bes vt ex naturali meatu meam a
quam effundam? Et ille Jn cella ſi
cut digna es Cūqꝫ iterum quomo
do deberet deū orare inquireret re
ſpondit. Non es digna nominare
deū neqꝫ in labijs nomē trinitatis
adducere. nec ad celum manus ex
pandere qm̄ labia tua iniquitate

i i i

plena ſunt et man⁹ tue ſordib⁹ inq̄
nate. ſed tm̄modo incumbēs cōtra
orientē reſpice hūc ſmonē frequen
ter iterās Qui plaſmaſti me miſere
re mei Cū igit̄ trib⁹ annis fuiſſ; in
cluſa. cōdoluit abbas paſuntius ⁊
ꝑfect⁹ eſt ad abbatem anthonium
vt ab eo reqreret ſi remiſiſſet illi de
us peccata. et narrata cauſa ſanct⁹
anthoni⁹ ꝯuocatis diſcipulis ſuis
p̄cepit eis. vt illa nocte vigilātes in
orōne ſingillatim ꝑſiſterēt vt alicui
ex his dn̄s declararet cāz pro qua
paſūcius abbas venerat. Cū ergo
inceſſanter oraſſent abbas paulus
maior diſcipul⁹ anthonij vidit ſubi
to in celo lectum p̄cioſis veſtib⁹ or/
ditū q̄ tres virgines cuſtodiebāt.
Cūq; paulus diceret. gloria illa ſi
eſſet anthonij. vox dina reſpondit.
Nō eſt pr̄is tui anthonij ʒ thayſis
meretr̄cis Qd̄ cū mane abbas pau
lus retuliſſet. ꝯgnita dei voluntate
abbas paſunti⁹ cū gaudio diſceſſit
Et mox ꝑfect⁹ ad monaſteriū ho/
ſtiū celle diſſipauit Jlla vero roga
bat vt adhuc manēt incluſa Dixit
aūt ei Egredē qm̄ remiſit de⁹ pcc̄a
tua Et illa rn̄dit Teſtor deū. q̄a ex
quo huc ingreſſa ſū ex omib⁹ pecca
tis meis feci velut ſarcinā et ſtatui
an̄ oculos meos. Et ſicut nō diſce/
dit anhelit⁹ de narib⁹ meis ſic non
diſceſſerūt pcc̄a mea ab oculis me/
is ʒ flebaʒ ſp illa ꝯſiderās Cui ab
bas paſūcius dixit Nō ꝑpter tuaʒ
penitentiaʒ remiſit tibi de⁹ peccata
tua ſed q; hūc timorē ſp habuiſti in
animo Et cū inde illā eduxiſſet. xv
dies ſuprixit et pauſauit in pace.

Abbas q; effrem aliam meretriceʒ
ſimili fere modo conuertere voluit.
Nam cū illa meretrix ſanctū effreʒ
ad peccādū impudenter alliceret.
Dixit ei effrem. Sequere me Qua
ſequente. cū ad quendā locum vbi
erat magna multitudo hominū ve
niſſet. dixit ei Sede hic vt ꝯmiſcear
tecum Et illa. Quomodo poſſum
hoc facere tāta multitudine hic ſtā
te? Et ille ſi hoies erubeſcis nonne
magis tuū debes erubeſcere crea/
torem qui reuelat occulta tenebra/
rum? Jlla autem ꝯfuſa receſſit.

De nomine

Dyoniſius interpretat̄ vehe/
menter fugiens. Vel dicit̄
dyoniſius a dya qd̄ ē duo
et niſus qd̄ eſt eleuatio quaſi ſcd̄m
duo eleuat⁹ ſcʒ ſm corpus et aiam
Vel dicit̄ a dione quod eſt venus
ſcʒ dea pulcritudinis ⁊ ſyos quod
eſt de⁹ quaſi pulcer deo. vel vt qui/
dā aiunt dicit̄ a dyoniſia que vt di
cit yſidorus eſt quedaʒ gemma ni
gra valens ꝯtra ebrietatē Fuit igi
tur vehementer fugiens de mūdo
per ꝑfectaʒ abrenūciationeʒ. eleua
tus per internaʒ ꝯtemplatiōnē pul
cer deo ꝑ decorē virtutum. valens
peccatoribus ꝯtra ebrietatem vici
orum Hic ante ꝯuerſionē multa p̄/
nomina habuit Vocatus eſt enim
ariopagita Jtem dictus eſt theoſo
phus id eſt deum ſapiens. Jtem a
grecorum ſapientibus vſq; hodie
dicitur periſtera vranos quod lati
ne dicitur ala celi quia in celum ala
ſpiritualis intelligentie mirabiliter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf